

СПИСОК ТЕКСТОВ ДЛЯ ЭКЗАМЕНА ПО ЛАТЫНИ В 11 КЛАССЕ
(май 2002 г.)

Non amo te, Sabidi, nec possum dicere – quare.
Hoc tantum possum dicere: non amo te.

Sed tu non debes inimicae credere linguae –
Semper formosis fabula poena fuit.

Difficilis-facilis, jucundus-acerbus es idem –
Nec tecum possum vivere, nec sine te.

Omnia vertuntur, certe vertuntur amores.
Vinceris aut vincis – haec in amore rota (e)st.

Quisquis amat – valeat, pereat, qui nescit amare.
Bis tanto pereat quisquis amare vetat!

Quem recitas, meus est, o Fidentine, libellus.
Sed male cum recitas, incipit esse tuus.

Thais habet nigros, niveos Laecania dentes.
Quae ratio (e)st? – Emptos haec habet, illa suos.

Dicis formosam, dicis te, Bassa, puellam.
Istud, quod non est, dicere Bassa solet.

Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?
Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos!

Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus et benedictus
fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis, peccatoribus, nunc
et in hora mortis nostrae. Amen

Pater noster, qui es in caelis. Sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat
voluntas tua sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie et
dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos
inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Quia tuum est regnum et potentia et
gloria in saecula. Amen

Gaudeamus igitur
Juvenes dum sumus.
Post jucundam juventutem,
Post molestam senectutem
Nos habebit humus.

Ubi sunt, qui ante nos
In mundo fuere?
Vadite ad superos,
Transite ad inferos
Quos si vis videre.

Vita nostra brevis est,
Brevi finietur.
Venit mors velociter,
Rapit nos atrociter,
Nemini parcetur.

Vivat Academia,
Vivant professores!
Vivat membrum quodlibet,
Vivant membra quaelibet,
Semper sint in flore!

Vivat et respublica
Et qui illam regunt!
Vivat nostra civitas,
Maecenatum caritas,
Qui nos hic protegent.

Vivant omnes virgines
Graciles, formosae.
Vivant et mulieres
Tenerae, amabiles
Bonae, laboriosae.

Pereat tristitia,
Pereant dolores,
Pereat diabolus,
Quivis antiburschius
Atque irrisores!

Catullus:

Disertissime Romuli nepotum,
Quot sunt, quotque fuere, Marce Tulli,
Quotque post aliis erunt in annis.
Gratias tibi maximas Catullus
Agit, pessimus omnium poeta.
Tanto pessimus omnium poeta,
Quanto t(u) optimus omnium patronus!

Salve, nec minimo puella naso,
Nec bello pede, nec nigris ocellis,
Nec longis digitis, nec ore sicco,
Nec sane nimis elegante lingua,
Decoctoris amica Formiani!
Ten provincia narrat esse bellam?
Tecum Lesbia nostra comparatur?
O saecul(um) insapiens et infacetum!

Ille mi par esse deo videtur,
Ille, si fas est, superare divos,
Qui sedens adversus identidem te
Spectat et audit...

Od(i) et amo. Quar(e) id faciam? – fortasse requiris.
Nescio, sed fieri senti(o) et excrucior.

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresque senum severiorum
Omnes unius aestimemus assis.
Soles occider(e) et redire possunt,
Nobis cum semel occidit brevis lux
Nox est perpetu(a) una dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum,
Dein mill(e) altera, dein secunda centum,
Deind(e) usqu(e) altera mille, deinde centum.
Dein, cum milia multa fecerimus,
Conturbabimus illa, ne sciamus

Aut ne quis malus invidere possit,
Cum tantum sciet esse basiorum!

Horatius:

Ad Melpomenem

Exegi monument(um), aere perennius,
Regalique situ pyramid(um) altius,
Quod non imber edax, non Aquil(o) impotens
Possit diruer(e) aut innumerabilis
Annorum series et fuga temporum.
Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit Libitin(am), usqu(e) ego postera
Crescam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.
Dicar, qua violens obstrepit Aufidus
Et qua pauper aquae Daunus agrestium
Regnavit populor(um), ex humili potens
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. Sume superbiam,
Quaesitam meritis, et mihi Delphico
Lauro cinge, volens, Melpomene, comam.

Jus Romanum:

Jus est ars boni et aequi
Fiat justitia, pereat mundus!
Ad impossibilia nemo tenetur /или/ Ultra posse nemo obligatur
Cogitationis poenam nemo patitur
Ne bis in idem
Mea culpa

Jus talionis
Jus vitae necisque
Jus civile
Jus divinum
Jus gentium
Jus humanum

Jus naturale
Jus proprietatis
Jus publicum
Jus suffragii

A priori / A posteriori
Necessitas frangit legem
Novus rex, nova lex
Salus populi – suprema lex (Cicero)
Inter arma leges silent (Cicero)
Nemo praesumitur malus

Gajus Julius Caesar “Commentarii de bello Gallico”:

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua “Celtae”, nostra – “Galli” appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgos Matrona et Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt...

Домашнее чтение:

Торнтон Уайлдер «Мартовские Иды»
Уильям Шекспир «Юлий Цезарь»
Эсхил «Орестея»